DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

AD

LEGEM POMPEJAM DE PARRICIDIIS,

QVAM

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,

PRÆNOBILI, CONSVLTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO VIRO,

DN. D. HERMAN. PAVLO JVCH,

SERENISS. DVCVM SAXO-VINAR. ET ISENAC. CONSIL. AVLIC. ET ARCHIAT. PATHOL. ATQVE PRAXEOS PROF. PVBL. PRIMAR. FAC. MED. SENIORE, ET ACADEM. CÆSAR. NAT. CVRIOS. COLLEGA,

CONSENSV

ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS IN PER-ANTIQVA VNIVERSITATE ELECTORALI ERFORDIENSI

PRÆSIDE

DN. CONR. WILHELMO Strecker,

JCTO, JVRID. FACVLT. ET JVDICII ELECT. PROVINCIALIS ASSESSORE, PROFESS. JVR. PVBL. ORDINARIO, CIVIT. SYNDICO, CONSVLE ET CAVSARVM TVTELARIVM CONSVLENTE,

PRO GRADV DOCTORIS

ET SVMMIS IN VTROQVE JVRE HONORIBVS LEGITIME CONSEQVENDIS,

PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTET,

AVCTOR

JOHANNES JEREMIAS HOPPE,

Advocat. Longoſaliſſ.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI HORIS CONSVETIS

DIE XIX. OCTOBR. A. MDCCXXXV.

ERFORDIÆ, Typis HERINGII, Acad. Typogr.

Digitized by Google

VIRIS

PRAENOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSVLTISSIMIS ATQVE *PRVDENTISSIMIS,*

DOMINIS,

CONSVLIBVS,

PRÆTORI

SYNDICO

CAMERARIIS,

CÆTERISQVE

REIPVBLICAE LONGOSALISSENSIS
SENATORIBVS GRAVISSIMIS,

VIRIS
JVSTITIA PARITER
AC
DEXTERITATE
LONGE PRAESTANTISSIMIS
DOMINIS
PATRONIS,
PROMOTORIBVS
AC
FAVTORIBVS
OMNI ANIMI OBSERVANTIA
ATQVE HONORIS CVLTV
PROSEQVENDIS
QVALEM QVALEM HANCE
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
SVMMA PIETATE ATQVE ANIMI
DEVOTIONE
D. D. D.
SEQVE ILLORVM PATROCINIO
ET FAVORI MELIOREM
IN MODVM COMMENDAT,

JOH. JEREMIAS HOPPE
AVCTOR.

CONSPECTVS
TOTIVS DISSERTATIONIS.

CAP. I.
DE
Parricidio in genere.

§. 1. *De poena homicidii.*

§. 2. *Continet Definitionem Parricidii.*

§. 3. *Parricidium dividitur in proprium & improprium.*

CAP. II.
DE
Parricidio proprio.

§. 1. *De liberis parentes interficientibus.*

§. 2. *Siſtit cauſſas impulſivas poenae ſcil. culei.*

§. 3. *Quaeritur an haec poena culei adhuc hodie obtineat, quod affirmatur.*

§. 4. *Refertur Jus Saxonicum.*

§. 5. *Poena Culei etiam locum habet in illo, qui avum vel aviam occidit.*

§. 6. *De eo, qui vitricum vel novercam trucidat.*

§. 7. *Si parentes liberos occidunt, quid iuris.*

§. 8. *Explanatur Diſſenſus ICtorum Lipſienſium & Vitembergenſium.*

§. 9. *De feminis infantes ſuas necantibus.*

§. 10. *Agit de Jure Saxonico.*

§. 11. *De eo, qui filium naturalem & ſpurium, vel ex inceſtu & adulterino coitu natum occidit.*

§. 12. & 13. *Referuntur diſſentientium argumenta.*

§. 14. *Affirmantium opinio probatur,*

§. 15. & 16. *Reſp. ad argumenta diſſent:*

§. 17. *De avo & avia nepotes ſuas necante.*

§. 18. *De perſonis illuſtribus & nobilibus.*

§. 19. *Refertur peculiaris caſus.*

§. 20. *De Mariticidio & Vxoricidio.*

§. 21. & 22. *De probatione, quod mariticidium & uxoricidium etiam ſit parricidium.*

§. 23. & 24. *Habet Jus Saxonicum.*

CAP.

CAP. III.

DE

Parricidio improprio.

§. 1. *De Definitione & conſtituta poena.*

§. 2. *Qu. an fratricida ordinaria poena ſcil. culei plecti debeat, quod neg.*

§. 3. *Alia opinio reiicitur.*

§. 4. *Siſtit veriſſimam ſententiam.*

§. 5. *Agit de Jure Saxonico.*

§. 6. *De fratricidio.*

§. 7. *Poena parricidii obtinet etiam in conſanguineis & uterinis.*

§. 8. *Eadem poena tenetur ille, qui patruum, avunculum &c. occidit.*

§. 9. *Qu. ad quem usque gradum haec poena locum habeat.*

§. 10. *De parricidio inter ſponſum & ſponſam perpetrato.*

§. 11. *Weſenbecii ſententia approbatur.*

§. 12. 13. & 14. *Reſp. ad argumenta Diſſent.*

Digitized by Google

CAP. IV.

Quibus ex cauſſis poena parricidii ceſſat vel tantum mitigatur.

§. 1. *Continet connexionem.*

§. 2. *Mitigatur poena, ſi quis iuſto dolore commotus, aliquem trucidat.*

§. 3. *Melancholicus, &*

§. 4. *Summe ebrius etiam meretur poenae mitigationem.*

§. 5. *Agit de praeſcriptione parricidii.*

DISSER-

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

AD

LEGEM POMPEJAM

DE

PARRICIDIIS.

CAP. I.

DE

Parricidio in genere.

§. I.

QVod in homicidia ab omnibus fere gentibus pœna aliqua corporis afflictiva conſtituta, omnique jure, quo utimur, ſint prohibita, nemo eſt, qui amplius habet, quod dubitet. Nonnulli quoque, non ſine ratione, contendere audent, quod homicidium longe ſit gravius adulterio. SOCIN. *in Conſ. 157. n. 8. ſeqq.* Nam quid eſt horribilius, quam homini ad imaginem Dei creato, vitæ filum abſcindere? *c. 2. X. de homicid.* Quid eſt atrocius, quam hominem interficiendo ſeſe in regalia Dei immiſcere, qui ſolus eſt vitæ & necis Dominus? *Deut. c. 32.* Quid deteſtabilius, quam rempublicam, cujus intereſt homines conſervari, hominibus privare? *L. 7. ff. de bon. damnat.* DECIAN. *in Tract. crim. L. 9. c. 17. n. 4.* Tamen hujusmodi delictum hodie eſt frequentiſſimum, ut quotidie fere de homicidiis, variis quidem modis

Digitized by Google

commiſſis, audiamus, experientia teſte. Quo magis autem homines ab hoc crimine nefando deterreantur, ſeſeque abſtineant, optimo jure a Legislatoribus pœna ultimi ſupplicii in homicidas eſt conſtituta. *§. 5. Inſt. de publ. jud. L. 3. C. de Epiſc. audient. L. 3. §. 5. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. L. 6. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* Ex his allegatis, aliisque multis juris textibus Dd. uno veluti animo concludunt, quod ſemper pœna homicidii ſit ultimum ſupplicium CARPZ. *Prax. Crim. P. 1. Qu. 1. n. 8.*

§. II.

Illius autem homicidii, quod proprio nomine parricidium appellamus, de quo nonnulla in Diſſertatione noſtra dicere in animo conſtituimus, pœna, optimo Legislatorum judicio, eſt exaſperata, quia nihil eſt immanius, quam propria viſcera & pignora nefarie trucidare CARPZ. *Prax. Crim. P. 1. Qu. 12. n. 6.* Parricidium autem in genere ſignificat quodvis homicidium, quaſi quod ſit paris hominis occiſio *L. 2. §. 23. de O.P.* Proprie autem parricidium eſt cædes nefaria, qualicunque modo contra pietatem & jus ſanguinis in aſcendentes, deſcendentes, transverſales & affines doloſe perpetrata. *L. 1. ff. ad Leg. Pomp. de parricid.*

§. III.

Parricidii crimen eſſe aſperrimum ipſe dicit Imperator JVSTINIANVS *in §. 6. Inſt. de publ. jud.* & inter delicta, quæ in hominem committuntur, nullum gravius, quam homicidium, & inter homicidia pariter nullum reputari gravius, quam parricidium, docet HOSTIENS. *in ſum. X. de his, qui fil. occid.* BERLICH. *P. 4. Concl. 6. n. 1.* Parricidium autem a. Dd. dividitur in proprium & improprium. Proprium committitur in perſonam conjunctam, eamque 1) aſcendentem, 2) deſcendentem, 3) conjugem. Improprium vero in certas tantum perſonas, α) ſanguine, β) affinitate, γ) ſponſalibus conjunctas. BERGER. *in Oecon. p. 831.*

CAP.

CAP. II.

DE
Parricidio proprio.

§. I.

SEd antequam ad improprium perveniamus, & omnia juſto ordine abſolvantur, prius proprium explicandum venit, & tres diverſi caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt, ſi liberi parentes ſuos occiderunt, quorum pœna Jure Civili eſt culeus i. e. ut virgis ſanguineis prius verberati, culeo inſuantur cum gallo gallinaceo, cane, vipera & ſimia, & ita in mare vel flumen præcipitentur, aut ſi mare vel flumen propinquum non ſit, beſtiis ſubjiciantur *L. 9. ff. h. t. L. un. C. de his, qui par. vel liber. occid. §. 6. Inſt. de Publ. jud.* CARPZ. *Prax. Crim. P. I. Qu. 12. n. 7.* Cur autem hæc & non alia pœna in parricidas ſit conſtituta, elegantiſſime reddit rationem Cicero pro Roſcio Amerino. Quanto, inquit, majores noſtri ſapientius? qui cum intelligerent, nihil tam eſſe ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitarunt: ut quos natura ipſa non retinere in officio potuiſſet, ii magnitudine pœnæ maleficio ſubmoverentur, inſui voluerunt in culeum vivos, atque ita in flumen dejici. O ſingularem ſapientiam, judices nonne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe: cui repente cœlum, ſolem, aquam, terramque ademerunt? ut qui eum necaſſet, unde ipſe natus eſſet, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. Noluerunt feris corpus objicere, ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus uteremur, non ſic nudos in flumen dejicere; ne, cum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera, quæ violata ſunt expiari putentur. &c.

§. II.

Cauſſas autem impulſivas, cur hæ quatuor beſtiæ ſimul

mul eum parricida culeo inſuuntur, invenire licet, in Gloſſ. in Land-Recht *L. 2. art. 14.* his verbis; der Hund, zeiget an, daß ein ſolcher Menſch ſeine Eltern nie mit Ehren bekannt hat, wie der Hund thut, welcher die erſten 9. Tage blind iſt. Der Hahn bedeutet des Menſchen Frevel und durſtigen Hochmuth, den er an ſeinen Vater oder Kind begangen hat. Die Natter bedeutet ſolcher Eltern Unglück, dann von dieſer Gebehrung ſagt man alſo, daß wenn ſie gatten wollen, ſo ſtecket das Männlein ſein Haupt in des Weibleins Mund, darvon empfähet ſie, und alſo beißt ſie dem Männlein vor Wolluſt das Haupt ab, darnach wenn ſie die Jungen gebähret, beiſſen ſie ſich aus der Mutter Leib, davon ſie denn von Stund an ſtirbt. Der Affe bezeichnet eines Menſchen Gleichniß oder Todes Ebenbild ohne Werck, denn wie der Affe an vielen Dingen einem Menſchen gleich iſt, und iſt aber doch kein Menſch, alſo iſt dieſer Mörder einem Menſchen ähnlich geweſen, iſt aber mit der That und Hertzen kein Menſch geweſen, weil er hat ſo unmenſchlich an ſeinem eigenen Bluthe thun dörffen. Ulteriorem & accuratiorem explicationem vide apud CARPZ. *Prax. Crim. P. 1. Qu. 8. n. 9.* DOEPLER *in Theat. pœn. P. 2. p. m. 276.*

§. III.

Quæritur autem nunc, an hæc pœna a Jure Civili inventa, adhuc hodie obtineat. Non deſunt quidem multi, qui pro negantium parte militant, & pro hac crudeliſſima pœna, conſuetudine fere totius mundi alias extraordinarias pœnas, veluti gladium, vivi ſepulturam, ſectionem in quatuor partes & ſtrangulationem, eſſe introductas. In quorum numerum refertur. HARPRECHT *ad §. 6. Inſt. de Publ. jud.* WESENBEC. *in Comment. ad ff. h. t. n. 5. p. m. 952.* Licet itaque magnus adeſt diſſentientium numerus, quorum non parva eſt auctoritas, tamen affirmantium opinio mihi videtur verior, jurique ſcripto magis conſentanea, ſcilicet eorum opinio, qui defendunt, quod hæc pœna, licet ſit acerbiſſima, etiam noſtris temporibus adhuc vigeat atque locum habeat. Nam a diſſentientibus nulla Lex in contrarium

rium

Digitized by Google

rium allegari poteſt, ubi autem Lege aliquid non eſt mutatum, cur illi ſtare prohibeatur. *L. 27. C. de teſtament.* Concedo, quod LL. conſenſu omnium tacito per conſuetudinem abrogari poſſint, ſed conſuetudo eſt facti, & ſic prius a diſſentientibus eſt probanda. BERLICH *P. 4. Concl. 6. n. 5. ſeqq.* CARPZ. *Prax. Crim. P. I. Qu. 8. n. 17.* MENCKE *in ff. p. m. 1133.*

§. IV.

Quoad mores Saxonicos indubitati Juris eſt, quod hæc pœna obtineat. *Conſt. Elect. 3. P. 4.* CARPZ. *ad c. Conſt.* BRUNNEMANN *in Memorial. præcip. LL. C. L. IX. tit. 17.* Sed in certis circumſtantiis partim eſt correcta, partim mitigata. Correctam invenimus in c. Conſt. Würde aber die Gelegenheit des Waſſers der Oerter nicht verhanden, ſoll ſolcher Miſſethäter mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet und geſtraffet werden. Mitigata vero eſt in hoc caſu, ut parricidæ virgis ſanguineis amplius non vapulentur, ſed ſtatim cum prædictis quatuor animalibus in aquam projiciuntur. BERL. *P. 4. Concl. 6. n. 12.* Jure hodierno non culeo ſed ſacco lineo, in quem aqua facile penetrare, & parricidas ſuffocare poteſt, damnati inſuuntur & ſic in flumen dejiciuntur. Notandum quoque venit, quod hodiernis moribus non præciſe requiratur, ut dicta animalia viva, ſed etiam in eorum locum in charta depicta, quia apud nos non ſemper viva haberi poſſunt, cum parricida ſacco inſuantur. BERLICH *P. 4. Concl. 6.* BERGER *in Oecon. p. m. 834.* MENCKE *in ff. p. 1133.*

§. V.

Antea dicta pœna etiam locum habet, in illo, qui avum & aviam, & in genere in linea aſcendente in infinitum aliquem occidit, quia æque nomine parentum veniunt. *L. 1. ff. h. t. L. un. C. de his qui par. vel liber. occid. Conſt. Elect. 3. P. 4.* Nec intereſt, an filii ſint naturales, ſpurii vel ex inceſtu & adulterio nati, quia hoc loco conſideratur tantum ſubſtantia parentum non qualitas, atque ſecundum naturam etiam ſunt liberi, hinc parentibus eandem

Digitized by Google

dem debent reverentiam, quam legitimi *L. 6. ff. de in Jus vocand.* SCHNEIDEWIN. *ad Inſt. §. 12. de Action.* Eadem quoque lege coercentur illi, qui parentes bannitos occidunt, nec obſtat, quod bannitum per ſtatutum ſit permiſſum occidere. BERLICH. *P. 4. Concl. 6.* niſi parentes ſint hoſtes & ad delendam patriam veniant, tunc enim impune a Filiis occidi poſſunt. *L. 38. ff. de reliq. & ſumtib. ſune: L. 19. §. 7. de poſt lim. reverſ. L. 13. §. ult. de re milit.* MENOCH. *L. 2. arbitr. jud. Quaſt. cent. 4. caſ. 356. n. 33.*

§. VI.

Ceſſat autem prædicta parricidii pœna ordinaria in iis perſonis, qui vitricum & novercam, licet loco parentum ſunt, trucidant, ſed locum invenit rota, gladius, ita tamen, ut damnatus, ad locum ſupplicii, trahæ alligatus raptetur. Sed obſtare videtur *L. 1. & 3. ff. h. t. §. 6. Inſt. de publ. jud.* Contrariam quoque ſententiam multi magni JCti defendunt. His itaque non obſtantibus, noſtra ſententia adhuc manet ſalva, & ad *L. 1. & 3. obſt.* Reſp. ex allegatis LL. nihil aliud evinci poteſt, quam quod ille, qui novercam vel vitricum trucidat, committat parricidium, quod non negamus, ſed exinde non ſequitur, ergo ordinaria parricidii pœna eſt afficiendus, ſi hoc enim verum eſſet, ſequeretur, quod etiam fratrem vel ſororem occidens, ordinaria pœna ſit plectendus, quod tamen abſurdum & contra *L. pen. §. 1. h. t.* eſſet. Imo occidentem vitricum, ſocrum, novercam pœna Legis Corneliæ de ſicariis teneri, expreſſis verbis dicitur *in L. 1. ff. h. t.* Similiter non obſtat *§. 6. Inſt. de publ. jud.* Notum namque eſt omnibus, etiam iis, qui tantum limina Jurisprudentiæ transſcenderunt, quod Inſtitutiones ex Digeſtis & Codice, ſint deſumtæ, citatus nunc *§. 6.* ad verbum usque fere deſcriptus eſt ex *L. un. C. de his qui par. vel liber. occid. in c. L.* invenimus vocem *affectionis*, & in *§. 6. Inſt.* vocem *affinitatis*, quæ forſan cum voce affectionis, ex ſupina compilatorum ignorantia eſt commutata, LYNCKER. *in Analect. ad Jus univerſ. h. t.* PEREZ. *ad L. un. C. de his qui par. vel. liber. occid.* PHILIPP. *in Uſu pract. Inſt. de publ. jud. Eclog. 58.* Hinc melius

lius eſt, ſi fontem ipſum ſc. *L. c. un. C.* retinemus, & *§. iſtum 6. ex c. L.* deſumtum ex ea Lege interpretamur, ut ſc. ſenſus ſit, eum tantummodo graviſſimo illo parricidii ſupplicio teneri, qui verum parentem, non eos, qui tantum loco parentum ſunt, occidit. Et verba quoque expreſſa in *c. L.* (aut omnino affectionis ejus, quæ nuncupatione parricidii continetur, fata præparaverit) non obſcure innuunt, acerrimam illam culei pœnam tunc demum eſſe imponendam, ſi quis ejus affectionis fata præparaverit, quæ nuncupatione parricidii continetur. Affectionem autem inter ſocerum & generum, vitricum & privignum nuncupatione parricidii non contineri, eſt in aperto, quia perſonæ iſtæ proprie & vere parentes non ſunt. Concedo lubentiſſime, quod parentum loco habeantur, revera autem parentes non ſunt, ſed tantum affines. *L. 4. §. 4. 6. 7. L. 10. §. 8. ſeqq. de grad. & affin.* In atrociſſimis autem pœnis extra proprietatem verborum extenſio non eſt facienda *L. 42. ff. de pœn. L. 1. §. 20. de exerc. act.* Et quis non videt, naturalem illam affectionem inter parentes & liberos, tam rigeroſum ſupplicium requirere, ex quo ſane ad vitricum & novercam, in quibus tanta affectio non eſt, argumentari haud licet, quam ſententiam etiam præjudiciis corroborat CARPZ. *P. 4. Conſt. 13. Def. 4.* PEREZ. *c. l. Diſſent:* RICHTER. *in Velitat. Academ. Velit. 21. §. 44.* MOLLERVS *ad Conſt. 3. P. 4. n. 13.*

§. VII.

Secundus caſus eſt, ſi parentes liberos occiderunt, & proprie dicitur infanticidium. In quo delicto etiam antea dicta pœna ſcilicet culeus, cum quatuor iſtis animalibus obtinet. Sunt quoque nonnulli, qui putant, quod, hoc in caſu, ceſſet pœna parricidii ordinaria, & tantum obtineat gladius, hac ex ratione, quia olim apud Romanos parentibus jus vitæ & necis in liberos competebat. *L. 11. ff. de libr. & poſthum. L. f. C. de patr. poteſt.* Quorum caſtra etiam ſequitur MENOCHIVS *L. 2. arbitr. jud. Qu. cent. 4. caſ. 356. n. 48.* Sed, quia patria poteſtas non in atrocitate ſed pietate, erga liberos eorumque educatione maximopere conſiſtere debet. *L. 5. ff. h. t.*
illud

Digitized by Google

illud jus inhumanum poſtea ſublatum, & parentibus, liberos ſuos occidentibus, pœna culei, cum ſupra recenſitis quatuor beſtiis, eſt impoſita. *L. 1. ff. h. t.*

§. IIX.

Noſtris quoque temporibus, magna fuit controverſia & diſſenſus inter JCtos Vitembergenſes & Lipſienſes, illi pronunciabant, quod parentes liberos ſuos necantes pœna gladii ſint afficiendi, hi vero & alii contrarium dicebant, pœnam ſc. ordinariam Legis Pompejæ locum habere. BERLICH. *P. 4. Concl. 6. n. 69.* Sed Lipſienſium ſententiam, tanquam veriſſimam ipſe approbavit Elector Auguſtus *Conſt. 3. P. 4.* da es ſich hinführo begebe, daß die Eltern ihre Kinder, oder die Kinder ihre Eltern, oder aber auch die Ehe-Leute eines das andere thäte bößlich ermorden oder umbringen, es geſchehe mit Giffte oder ander Wege, ſo ſoll der Thäter (da die Gelegenheit des Waſſers der Oerther vorhanden) in einen Sack, ſamt einem Hunde und Affen, oder an ſtatt deſſelbigen einer Katzen, Hahnen, auch einer Schlangen geſteckt, ins Waſſer geworffen und ertränckt werden.

§. IX.

Ex præmiſſis ſatis apparet, quod hodie ordinaria parricidii pœna etiam in infanticidio locum habeat. Sed nunc quæritur, an etiam feminæ, infantes ſuos occidentes eadem pœna ſc. culei ſint afficiendæ. Etſi primo intuitu hæc quæſtio videtur eſſe Domitiana, ſunt tamen nonnulli, qui putant, quod hoc in caſu ceſſet pœna ordinaria, & gladius vel furca locum ſibi vindicet, alii ejusmodi crudeliſſimas matres exuſtas fuiſſe teſtantur, forſan ob fragilitatem ſexus, quas recenſet, BERLICH. *P. 4. Concl. 7. n. 2. ſeqq.* Accuratiores vero meliori judicio ſtatuunt, quod etiam mulieres, ob hoc nefandum delictum in propria viſcera commiſſum, pœna parricidii ordinaria ſc. culei ſint plectendæ, nec ſine ratione, quia delicto ſemper debet correſpondere pœna, nunc autem infanticidium eſt delictum graviſſimum, hinc omni jure pœna acerbiſſima, illis mulieribus, qui impias manus liberis ſuis inferunt, eſt impoſita. Quam ſententiam quoque

con-

confirmat. *L.* 1. *ff. h. t. L. un. C. de his qui par. vel. liber occid.* WESENBEC. *in Comment. ad ff. h. t. n.* 5. Quanquam autem pœna parricidii ſeu ut rectius dicam infanticidii, omnibus aliis, gravior reperiatur, tamen, quod dictu horrendum, nullum fere aliud crimen his temporibus frequentius committitur. CARPZ. *Prax. Crim. P. I. Qu. 9. n. 27.* Non negandum quidem eſt, quod fere in toto imperio Romano conſuetudine introductum, ut ejusmodi inhumanæ matres vivæ defodiantur & ſtipite peracuto transfigantur. WESENBEC. in *Comm. ad ff. h. t. n.* 5. Quam in ſententiam etiam inclinare videtur Imperator Carolus V. in *Ordin. crim. art.* 131. Welches Weib 2c. vid. BLUMBLACHER. *in Comment. ad Ordin. Crim. p. m.* 265. *ſeqq.*

§. X.

Sed in noſtra Saxonia, non diſtinguitur inter patrem & matrem, ſed in matre æque ac patre pœna infanticidii ordinaria obtinet, ſcil. mater culeo, cum cane, ſimia, vel loco ejus fele, gallo gallinaceo & ſerpente inſuitur & in aqua ſuffocatur, vel ſi flumen propinqunm non ſit, ſupplicio rotæ punitur. Quia ſub voce die Eltern etiam matres intelliguntur. *Conſt. Elect.* 3. *P.* 4. Quam ſententiam Scabini Lipſienſes in pronuntiando, ob generalitatem textus, obſervarunt. CARPZ. *Prax. crim. P. 1. Qu. 9. n. 26.* Notandum quoque eſt, quod matres, ſi plures infantes occiderunt, præter eas, quas diximus, pœnas, pro numero infantium necatorum, forcipibus candentibus, dum ad ſupplicium ducuntur, prehendi & aduri debeant. *Conſt. Elect.* 3. *P.* 4. CARPZ. *ad c. Conſt. def.* 7.

§. XI.

Magnus quoque inter JCtos, in decidenda hac quæſtione, an etiam pater, qui filium naturalem & ſpurium & deinde ex damnato coitu. v. g. ex inceſtu vel adulterio natum occidit, culeo ſit plectendus, ortus eſt diſſenſus. Quoad filios naturales & ſpurios faciliores ſunt, ad dictandam pœnam ordinariam, quia in crimine parricidii violatur, quaſi ipſa natura, vel potius parentum amor naturalis erga liberos, natura autem non diſtinguit inter liberos naturales & legitimos.

C Quæ

Quæ pœna vero tantum obtinet eo caſu, ſi certo conſtat, interfectorem fuiſſe verum occiſi infantis patrem, ſi vero non certo conſtat, occiſor pœna gladii tenetur. MENOCH. *de arbitr. jud. Qu. L. 2. cent. 4. caſ. 356.*

§. XII.

Quod autem ad filios, ex inceſtu & adulterino coitu natos, attinet, non una Dd eſt ſententia. Alii affirmant alii negant. Negantium argumenta potiſſimum in eo conſiſtunt, 1) dicunt, parricidium committi in iis perſonis, quæ conſanguinitate & neceſſitudine ſunt invicem conjunctæ. *L. 1. L. 3. L. pen. h. t. L. un. C. de his, qui par. vel liber. occid.* Atqui ſecundum communem Dd. ſententiam, in liberis ex damnato coitu natis, nulla conjunctionis ratio habetur, nec ullum jus neceſſitudinis, quod de Jure Civili ſortiatur effectum, attenditur, ſed prorſus pro alienis habentur. *Auth. ex complexu C. de inceſt. nupt.* neque Jure Civili alendi ſunt, neque liberorum nomine digni judicantur. *c. Auth. Nov. 89. c. ult.* Ergo &c. ſi nomen parricidii in adulterinum filium non cadit, neque pœnam parricidii merebitur parens, talem deteſtabilem notum occidens. PINGITZ. *quaſt 44. n. 18. ſeqq.*

§. XIII.

Alterum negantium argumentum eſt, quod pœnales ſanctionnes ſint ſtrictiſſimæ interpretationis, nec ultra caſus in LL. expreſſos extendendæ. *L. 14. §. 14. ff. de relig. & ſumt. fun.* Nulla autem Lex, nulla conſtitutio reperitur, quæ pœnam parricidii impoſuit occidenti ſpurium ſuum adulterinum. Judici autem pœnas ultra Legis fines extendere non eſt licitum. *L. 19. ff. de V. O.* Ergo &c. MENOCH. *de arbitr. jud. Qua. L. 2. cent. 4. caſ. 356. n. 23.*

§. XIV.

Affirmantium itaque opinio longe verior atque juris textibus convenientior mihi videtur. Nam ſupra §. IV. demonſtratum dedimus, quod in pœna parricidii conſideretur tantum ſubſtantia parentum & liberorum non qualitas. PEREZ. *ad Leg. un. C. de his, qui par. vel liber. occid. n. 6.* Filii autem adulterini & ex damnato coitu procreati, naturaliter

æque

æque ſunt liberi, & in ſacris litteris ita appellantur. *Sapient. Salom. c. 3. v. 16. & 16. & c. 4. v. 6.* Nec natura inter liberos facit differentiam *Nov. 74. c. l. Nov. 89. c. 9.* Inter patrem quoque & adulterinum filium eſt naturale vinculum. CARPZ. *P. 4. Conſt. 3. def. 2.* STRUVIUS *in S. J. C. h. t.*

§. XV.

Diſſentientium argumenta non ſunt tanti ponderis, ut nos a recta via abducere, noſtramque ſententiam evertere queant. Nam ad 1) Reſp. negando, liberos ſc. ex adulterio &c. natos, ſanguine & cognatione parentibus ſuis non eſſe conjunctos. CARPZ. *P. 4. Conſt. 3. def. 2.* Concedo quoque, quod adulterini & inceſtuoſi neque pro naturalibus, ſed prorſus pro alienis habeantur, ſed hoc verum eſt, tantum quoad effectus Juris Civilis. *c. Nov. 89. c. f. Nov. 74. c. f. Avth. ex complexu C. de inceſt. nupt.* quoad naturam autem & ſanguinem, qui ſolum in parricidii crimine conſideratur, re vera ſunt liberi.

§. XVI.

Nec alterum diſſentientium argumentum nobis obeſt Etſi enim nulla Lege expreſſis verbis in parentes, ſuos liberos inceſtuoſos & adulterinos occidentes, ordinaria parricidii pœna eſt conſtituta, tamen hoc facili negotio colligere poteſt, ex generalitate textus, *L. un. C. de his, qui par. vel liber. occid. Conſt. Elect. 3. P. 4.* Cum liberi adulterini ſecundum naturam etiam ſunt liberi, uti §. præcedenti jam dictum. Alias nec parentes, filios naturales necantes, pœna culei tenerentur, nam nec de his pænales ſanctiones extant, quod tamen diſſentientes admittunt. Præjudicia habet CARPZ. *Prax. Crim. P. I. Qu. 9. n. 21. ſeqq.* Hinc ſequitur, quod etiam in patre & matre filiorum ſuorum ex incæſtuoſo & adulterino coitu ſuſceptorum mortem procurante, etiam pœna parricidii ordinaria, licet aliqui ſine ratione ſufficienti diſſentiant, locum habeat.

§. XVII.

Supra §. IV. diximus, quod liberi, qui avo & aviæ impias manus injiciunt, & ſic mortem eorum procurant, eadem

Digitized by Google

dem parricidii pœna teneantur, quod nunc etiam ob paritatem rationis ampliatur ad avum & aviam, ſi nepotes ſuos occidunt, & in genere ſi unum ex deſcendentibus interficiunt, ordinaria ſc. culei pœna locum invenit. *L.* 1. *ff. h. t. L. un. C. de his qui par. vel liber. occid.* In citatis LL. non quidem expreſſis verbis avus & avia nominatur, ſed ſub voce parentes, manifeſte continetur avus & avia, ſic etiam liberorum appellatione nepotes & reliqui deſcendentes omnes veniunt, cujuscunque ſint ſexus. *L.* 10. *ff. de Senator. L.* 220. *de V. S.* MENOCH. *L.* 4. *præſumt.* 189. *n.* 14. *Et L. un. C. de his qui par. &c. §.* 9. explicata, etiam hoc loco applicari poteſt. Si nunc eadem eſt, vel major avorum affectio in nepotes, quæ eſt parentum erga liberos, eadem quoque pœna avi & aviæ, ſi contra affectionem illam naturalem agunt, & nepotes occidunt, tenebuntur. Expreſſus quoque adeſt juris textus in *L.* 1. *ff. h. t.*

§. XVIII.

Ab hac pœna parricidii ordinaria neque illuſtres perſonæ neque nobiles ſunt exemtæ, ſed pariter ac ignobiles pœna culei ſunt afficiendi. Uſu quidem receptum & conſuetudine introductum videtur, quod nobiles & in dignitate conſtituti nec non divites, mitius puniantur, quam ignobiles & pauperes, nec hoc quoque juſtitiæ adverſari videtur. *L.* 4. *§.* 1. *de Incend. ruin. & naufr. L.* 6. *ff. ad Leg. Juliam Peculat.* Sed quis non videt, hoc tantum obtinere in pœnis arbitrariis, non in pœnis a Lege conſtitutis, in his non eſt facienda perſonarum diſtinctio. Et ſi LL. non diſtinguunt, nec nobis eſt diſtinguendum, nunc autem *L. un. C. de his, qui par. vel liber. occid.* non diſtinguit inter nobiles & ignobiles. Ergo &c. Secundum principia Juris Canonici notum eſt, quod in dignitate conſtituti gravius delinquunt, ergo etiam gravius ſunt puniendi, nec quidquam atrocitatis illis remittendum, tantoque gravius ſunt judicandi, quanto majori præeminuerint dignitate, quorumque exemplo facilius alii poterunt ad ſimilia provocari. Praxis tamen eſt contraria.

§. XIX.

§. XIX.

Multæ quidem adhuc ſupereſſent infanticidii ſpecies, v. g. abortus, expoſitio infantis, v. WERNHER. *P. 4. Obſ. 183.* ſed ne noſtra Diſſertatio in Tractatum emergat, illas prætercam ſilentio, & unum tantum apponere libet caſum, qui brevi ante tempore in patria mea, ſcilicet Longoſaliſſæ, accedit. Erat enim famoſa quædam meretrix, quæ gravidatem, ex adulterino coitu contractam, occultaverat, hac forſan ex cauſſa, ut partum, nemine ſciente, occideret, & ejus turpe vitæ genus civibus ignotum maneret, primum quidem ita evenit. Nam meretrix illa, ſentiens puerperii dolores, latrinam acceſſit, & infantem voluntarie & doloſe in Cloacam emiſit, ut ibi periret. Delicto vero poſtea detecto, proceſſus inquiſitorius contra eam eſt inſtitutus, ipſaque eſt confeſſa, quod hanc ob cauſſam latrinam acceſſiſſet, ut ibi, infans naſciturus, periret. Sed cum callida iſta meretrix non affirmare vellet, quod infans in ipſo actu puerperii vitalis fuiſſet, illaque ab experientiſſimo quodam Medico reſponſum acciperet, quod partus in ipſo actu perire poſſet Lipſienſes, M. Septembr. 1731. ſequentem in modum pronuntiarunt. Ob nun wohl eines theils, daß ſo fort auf eine Lebens-Straffe zu erkennen ſey, ſcheinen möchte. In mehrer Erwegung, daß, was das Corpus delicti anlangt, unterſchiedliche Perſonen, was maſſen Inquiſitin, vor letzt abgewichenen Pfingſten einen hohen Leib gehabt, ſo ſich hernach verlohren, ausgeſagt, ferner zwey verpflichtete Wehmütter bey ihr Zeichen einer vorhergegangenen Niederkunfft angetroffen, und Inquiſitin ſelbſt, daß das im Waſſer gefundene todte Kind, ihr gehöhre, und von ihr zur Welt gekommen, ſich erkläret. Dieweil aber dennoch A. C. E. weder in währender Geburth, noch hernach, daß ihr Kind gelebet, ſondern etwa eine 4tel Stunde vorher, nur ſo viel, daß es noch in ihrem Leibe ſich gereget, ſolglich eine ziemliche Weile vor ihrer Entbindung, kein Zeichen eines Lebens an ihrer Leibes-Frucht, verſpühret haben will, dieſemnach daß Inquiſitin an einem würcklich lebenden Kinde ihren böſen-Vorſatz vollſtrecket, deren Geſtändniß ermangelt. Ferner, daß der am 17. Maji in einem

einem öffentlichen Strohm vierthalb hundert Schritte von dem beſchriebenen Abtritte, gefundene nackende Cörper eben das 9. Tage zuvor, von der Inquiſitin gebohrne, nach ihren Vorgeben, niemahls angeſehene Kind, folglich auf dieſes der Sections-Bericht zu appliciren ſey, ſo ſchlechterdings nicht ausgemacht, gleichwohl dießfalls und zugleich wider Inquiſitin, daß ſie weder ihre Wiſſenſchafft von dem Leben ihres letztern Kindes, noch die wahrhafftige Art, wie ſie ſolches getödtet, richtig entdecket habe, dahero ſtarcke Anzeigungen ſich hervor thun, daß ſie, was maſſen ihre Leibes-Frucht, ſamt der Affter-Bürde, ſo daran zu hangen pfleget, in das gerade unter der Oeffnung des Secrets befindliche Mühl-Gerinne gefallen ſey, vorgewendet, hingegen an dem ſecirten Cörper nur ein Stück von einer unverbundenen Nabel-Schnur ohne Affterbürde geweſen, welche letztere man auch nirgends, darneben in dem Hertzen, ingleichen in den Aedergen des Cörpers nicht das geringſte von Blut angetroffen, woraus der Medicus und Chirurgus, ſo die Section verrichtet, daß das Kind nicht, wie Inquiſitin es angiebt, gleich von Mutter-Leibe in das kalte Waſſer, als wodurch die Circulatio ſanguinis ſo fort gehindert worden wäre, gerathen ſeyn, ſondern noch zuvor, ehe es in den Mühl-Strohm gekommen, ſich verblutet haben müſſe, geſchloſſen; nach mehrern Inhalt der zugeſchickten Inquiſiions-Acten. So erſcheinet daraus und ſonſt allenthalben ſo viel, daß wenn A. C. E. ihr Bekänntnüß anderweit in Güte richtig nicht thun will, man wohl befugt, ſie dem Scharff-Richter auf dieſe maſſe zu untergeben, daß er ſie mag ausziehen, entblöſſen, zur Leiter führen, die zur Peinlichkeit gehörigen Inſtrumenta vorzeigen, die Daumenſtöcke anlegen, und damit zuſchrauben, auch da dieſes nicht fruchtet, mit denen Schnüren den Anfang machen. Jedoch daß es bey dem, wie ietzt gedacht, verbleibe, und mit Inquiſitin vor dieſes mahl weiter nichts vorgenommen werde: Wobey ſie denn mit allem Ernſt zu befragen 2c.

§. XX.

Inſtituti ratio nunc poſtulat, ut etiam ad tertium & ultimum parricidii proprii caſum, ſcilicet Mariticidium & Uxorici-

ricidium properamus. Quod autem Mariticidium & Uxoricidium ſit etiam parricidium extra dubium eſt. CARPZ. *Prax. Crim. P. 1. Q. 12. n. 1.* Sed variæ de hujus delicti vera pœna extant DD. opiniones. Nonnulli ſimpliciter dicunt, quod, ſi conjuges ſe invicem occidant, committant quidem parricidium, ita tamen, ut pœna temperetur, & pœna parricidii ordinaria non puniantur, ſed teneantur tantum pœna Legis Corneliæ de ſicariis WESENBEC. *in Comment. ad ff. h. t. n. 7.* Quidam vero diſtinguunt inter maritum & uxorem ita, ut maritus occidens uxorem ſolummodo pœna parricidii teneatur, non item ſi uxor maritum interficiat, ſed hoc poſteriori caſu uxor puniatur tantum pœna capitis & ultimi ſupplicii. In quorum numerum eſt CÆPOLL. *Conſil. crim. 5. a. 33. v.* BERLICH. *Concl. 7. P. 4.*

§. XXI.

Tandem aliqui *ex L. 1. ff. h. t.* evincere conantur, conjuges ſe invicem occidentes pœna culei, tanquam parricidii ordinaria teneri, propterea quod conjuges, cum filio patrem occidente in uno verborum contextu in *c. L.* ponantur, unde ſequi putant, conjuges etiam eadem pœna, qua filius parentes necans tenetur puniri debere BERLICH. *P. 4. 1. Concl. 7. n. 43.* Etſi enim hæc ſententia verior eſt aliis, tamen eam ex *c. L.* non eſſe probandam puto. Hoc enim non ſatis mihi probare videtur, quod ibi ſub uno verborum contextu ponantur ſe invicem occidentes, cum filio patri vitam eripiente, nam ſi hoc argumentum valeret, ſequeretur, quod etiam omnes ibi recenſitæ perſonæ, parricidii pœna ordinaria teneantur, & quod etiam fratrem, ſororem, patruelem, conſobrinum, privignum &c. occidentes, ſimili pœna ſint plectendi, quod nullus unquam concedet. CARPZ. *Prax. Crim. P. 1. Qu. 12. n. 7.*

§. XXII.

Meliorem autem hujus aſſertionis probationem poſſe *ex L. un. C. de his, qui par. vel libr. occid.* deſumi puto præſertim ex verbis: *aut omnino affectionis ejus &c.* Notum enim eſt, quod affectio conjugalis major ſit, quam parentum erga liberos

Digitized by Google

beros & vice verſa c. 33. qv. 2. In ſacris quoque litteris dicitur vir & uxor una caro & os ex oſſibus. *Gen. 2. Matth. 19.* & ſic non ſunt duo ſed una caro *Marc. 10.* Conjuges enim ſunt ſocii divinæ & humanæ domus *L. 4. C. de crim. expil. hered.* Quid igitur mirum, conjuges ſe invicem occidentes eadem pœna teneri, qua puniuntur parentes trucidantes liberos & vice verſa, inter quos tamen minor eſt affectio. CARPZ. *Prax. Crim. P. 1. Qu. 12. n. 12.*

§. XXIII.

Quoad Jus Saxonicum etiam hic caſus antea non erat expediti Juris, ſed DD. valde inter ſe diſceptarunt, non pauci putarunt, quod maritus interficiens uxorem, vel uxor maritum non pœna parricidii, ſed tantum gladio puniatur, & cadaver rotæ imponatur. Alii vero, quod conjux conjugi manum impiam inferens, prius crati vimineæ impoſitus, ad locum ſupplicii trahatur & poſtea decollatur, caput vero amputatum rotæ affigatur. BERL. *P. 4. Concl. 7. n. 46.* alii aliter. Illorum autem opinionem, qui putavere, etiam in Mariticidio atque Uxoricidio pœnam parricidii ordinariam, ſc. culei, cum quatuor animalibus ſupra nominatis, locum habere, tanquam optimam ipſe approbavit Elector Auguſtus *Conſt. 3. P. 4.* his verbis, oder auch die Eheleute eines oder das andere thäte böslich ermorden &c. CARPZ. *P. 4. C. 3. D. 6.* BERG. *in Oecon. p. 831.* MENCKE. *in ff. p. m. 1133.*

§. XXIV.

Hæc vero Conſtitutio Electoralis indiſtincte eſt accipienda, ſive maritus uxorem, ſive uxor maritum v. g. veneno, occidat, quia generaliter de conjugibus loquitur v. g. Die Eheleute eines oder das andere ꝛc. quod enim in genere dicitur, habetur pro expreſſo. Eadem quoque ratio eſt in uxore maritum occidente, quæ eſt in marito uxorem interficiente, utroque enim caſu agitur contra fidem conjugalem. Ubi itaque eadem eſt juris ratio, ibi etiam eſſe debet eadem Juris diſpoſitio. Præjudicia habet. CARPZOV. *Prax. Crim. P. 1. Qv. 12. n. 17.*

CAP. III.

Digitized by Google

CAP. III.

DE

Parricidio Improprio

§. I.

JAm ſatis de parricidio proprio actum eſſe arbitror, licet non negandum, multas alias ſupereſſe parricidii proprii ſpecies, quarum mentionem minime fecerimus, ſed tantum Diſſertationem Academicam, non integrum Tractatum de hac materia conſcribere, mihi eſt animus, hac motus ex cauſſa, illas parricidii proprii ſpecies relinquo & ad parricidium improprium me converto. Parricidium autem improprium eſt homicidium doloſum, in certas perſonas ſanguine, affinitate, ſponſalibus conjunctas, perpetratum. BERGER. *in Oecon. p. 831.* Pœna autem parricidii improprii eſt gladius cum raptatione ad locum ſupplicii, der Delinquente wird zur Feimſtatt geſchleifft. Illuſtr. Dn. BERGER. *c. l. p. 831.*

§. II.

In eo omnes fere conveniunt Dd. quod hoc delictum etiam ſit parricidium, quod quoque ſub Lege Pompeja de parricidiis contineatur, ſed in dictanda pœna non minus ac in priori caſu inter ſe diſceptant. BERLICH. *P. 4. Concl. 7. n. 65.* Adſunt enim nonnulli, qui contendunt, quod fratricidæ &c. pœna parricidii ſcilicet ordinaria, culeo vel rota, deficiente fluminis copia, teneantur. BERL. *c. l.* Aſſertionem vero ſuam probare audent ex *L. 1. ff. ad Leg. Pomp. de parricid.* deinde *ex §. 6. Inſt. de publ. jud.* Sed reſp. in c. L. mentio quidem fit fratrum, aliorumque, ſed pœna, qua afficiendi ſunt, non expreſſa ibi invenitur, ideo hæc pœna ex alia Lege ſpecialiori eſt ſumenda, ſcilicet ex *L. 9. §. 1. ff. h. t.* Nec ordinaria pœna parricidii ex illa Lege ſi ſimpliciter eſſet accipienda, probari poſſet, ſed tantum pœna Legis Corneliæ de ſicariis. Quod autem ad alterum textum attinet, ſupra jam dictum eſt, quod ille textus ſit corruptus, hinc nihil probare poteſt. ſupr. c. 2. §. 5. Nimis quoque durum eſſet,

una eademque pœna afficere illum, qui patrem, & eum, qui affinem vel conſanguineum interficit, cum tamen longe major ſit affectio inter liberos & parentes, quam inter conſanguineos, adeoque & parricidium, quod in parentes committitur, eſt atrocius, ergo pœna atrociori erit coercendum. CARPZ. *Prax. Crim. P.* 1. *Qu.* 13. *n.* 5.

§. III.

Alii vero tradunt, dictas perſonas ob parricidium commiſſum teneri quidem Lege Pompeja de parricidiis, ſed coërceri tantum pœna Legis Corneliæ de ſicariis. Et arma ſibi ipſis ſuppeditare putant *L.* 1. & *L.* 9. *ff. ad Leg. Pomp. de parricid.* Sed ſi hoc ſimpliciter admitteretur, nulla eſſet differentia inter ſimplex homicidium & parricidium ab ejusmodi perſonis commiſſum. Gravius vero quis peccat, occidendo fratrem & conſanguineum, quam extraneum, quam ob rem merito graviori ſupplicio coërcendus, quia pœna ſemper debet correſpondere delicto. *L.* 8. *C. ad L. Jul. de vi publ. L.* 3. *C. de Epiſcop. aud. L.* 28. *ff. de pœn.* STRAVCHIVS *in Diſp. ad Jus Univerſ. Diſp.* 29. *§.* 11. Hinc aliqui, tanquam mediam viam ingreſſi, ſtatuunt, pœnæ Legis Corneliæ de ſicariis majoris alicujus reatus ſignum addere debere, ut nimirum delinquentes, antequam gladio feriantur, vel trahæ impoſiti ad locum ſupplicii trahantur, vel ignitis forcipibus diſcerpantur, vel caput amputatum rotæ imponatur, vel cadavera, facta executione, in quatuor partes ſcindantur. WESENBEC. in *Comment. ad Inſt. §. 6. de publ. jud.* SCHNEIDEWIN *ad c. §. 6.*

§. IV.

Quæ opinio, inter utramque priorem intermedia, veriſſima eſt. Cum enim nulla in Lege certus ſupplicii modus in ejusmodi perſonas conſtitutus reperiatur, æquum eſt, in hoc delicti genere, quod parricidio in parentes levius, homicidio vero ſimplici gravius & atrocius eſt, intermediam quandam, quoad parricidii proprii ſupplicium mitiorem, quoad Legem Corneliam de ſicariis autem duriorem, apprehendere pœnam, & ſic delictum intermedium, intermedia pœna coërcere. CARPZ. *Prax. Crim. P.* 1. *Qu.* 13. *n.* 7. Quam quoque pœnam adhuc hodie obſervari teſtatur. WESENBEC. *ad §. 6. Inſt. de publ. jud.*

§. V.

§. V.

Quam ſententiam etiam approbatam ab Electore AVGVSTO *P. 4. C. 3.* legimus, ita tamen, ut variatio judicii majoris reatus, arbitrio judicis amplius non ſit relicta, ſed pœna certa Lege definita. Sancivit enim optimus ille Legislator, ut parricidii ejusmodi reus, trahæ illigatus ad locum ſupplicii raptatus, gladio puniatur. Wenn aber an den Brüdern, Schweſtern, oder auch andern nahen Bluts-Freunden, oder nahen Verwandten, Schwägern, unter welchen vermöge Göttlicher Schrifft, wegen der Blut-Freundſchafft, keine Ehe kan vollzogen werden, ſolcher Mord vorſetzlich geſchehen, ſo ſoll der Thäter zur Feimſtatt geſchleifft und folgends mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode, wegen ſolcher ſeiner Mißhandlung, gerichtet werden. Ex hujus igitur Conſtitutionis verbis, regula fluit: Quod nempe in foro Saxonico, parricidii improprii reus, trahæ illigatus, & ad locum ſupplicii raptatus, gladio puniri debeat.

§. VI.

Merito itaque fratricidium ſub parricidio comprehenditur, cum fere par ſit amoris & conjunctionis ratio, quæ, ne inter fratres & ſorores violetur, & in odium inexpiabile tranſeat, ſeveriori ſupplicio, quam Legis Corneliæ de ſicariis pœna, hoc delictum eſt puniendum. MENOCH. *de arbitr. jud. Qu. L. 2. cent. 4. caſ. 356. n. 92.* Quamvis enim natura fratres arctiſſimo conjunxerit vinculo, adeo, ut ARISTOT. *L. 3. c. 16. Rhetor.* dicat, fratrem chariorem habendum, quam uxorem aut filios, eo quod & coniux & alii filii haberi poſſunt, non item fratres, mortuis parentibus, tamen non pauca referre poſſimus fratricidii exempla, & a primis mundi principiis, naturæ humanæ hoſtis fratricidium introduxit, cum antea fratricidium fuerit inauditum. DECIAN. *in Tract. Crim. L. 9. c. 10. n. 2.* Sic primum commiſit fratricidium Cain, filius Adami, qui fratrem ſuum interfecit. *Geneſ. c. 4.* Abſolon fratrem ſuum Amnon occidit, *2. Sam. 13.* Et in ipſius Romæ cunabulis Romulus Remum fratrem ſuum trucidavit, teſte Lucano,

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

§. VII.

Prædicta fratricidii pœna non obtinet ſolum in fratribus & ſororibus, ſed & in conſanguineis & uterinis, ſive ex uno tantum latere, ſive ex utroque latere conjunctis. BERLICH. *P.* 4. *Concl.* 7. *n.* 73. Etſi enim quædam differentia eſt, inter fratres ex utroque & ex uno tantum latere conjunctos, tum ob pluralitatem vinculorum, de Jure Civili, tum ob imparitatem graduum, de Jure Saxonico. Land-Recht *L.* 1. *art.* 3. tamen hujus differentiæ effectus attenditur, tantum in ſucceſſionibus, ubi fratres germani, ſive ex utroque latere conjuncti, uterinis & conſanguineis præferuntur, non vero in delictis. *Auth. poſt fratres C. de legit. hered.* Alia vero in hoc delicto habenda eſt ratio, ubi tantum Jus ſanguinis & affectio naturalis conſideratur, ita, ut nulla inter eos exiſtat differentia, quare nec diſparitas ſupplicii hic obtinere debet. CARPZ. *P.* 4. *Conſt.* 3. *def.* 8. Quæ pœna etiam extenditur ad reliquos conſanguineos ſe invicem necantes *Conſt. Elect.* 3. *P.* 4. CARPZ. *c. l.*

§. VIII.

Simili quoque pœna ille eſt afficiendus, qui patruo, avunculo, amitæ & materteræ fata præparavit. *L.* 1. *ff. h. t.* Quia ejusmodi perſonæ proximo gradu poſt fratres, qui in ſecundo, illæ vero in tertio gradu ſunt conjunctæ *L.* 10. *§.* 3. *L.* 14. *ff. de grad. cognat.* Et ſic eadem fere inter eos eſt cognatio & affectio ac inter fratres & ſorores. Hæ quoque perſonæ loco parentum habentur. *§.* 5. *Inſt. de Nupt.* BERL. *P.* 4. *Concl.* 7. *n.* 85. *ſeqq.* Et in genere ex mente Electoris AVGVSTI in allegata *Conſt.* 3. *P.* 4. oder nahen Verwandten, Schwägern, ad affines omnes hæc pœna eſt extendenda. In affines æque committitur parricidium ac in ipſos conſanguineos. *L.* 1. *ff. h. t.*

§. IX.

Nunc autem quæritur, ad quem usque gradum collaterales & affines huic pœnæ ſubiacent, quia conſanguinitas pariter ac affinitas in infinitum ſe extendit. Quoad Jus Civile Dd. communiter tradunt, quod usque ad quartum gradum, incluſive, extendere liceat, ita ut ea pœna teneantur, qui invicem matrimonium contrahere prohibeantur. BERL.

P. 4.

P.4. Concl. 7. n. 80. Sed quoad Jus Saxonicum valde inter ſe diſceptant Dd, an ſcilicet in *Conſt. 3. P. 4.* ſub voce, vermöge Göttlicher Schrifft &c. intelligatur ſacra ſcriptura an vero Jus Canonicum. BERLICHIVS *P. 4. Concl. 7. n. 82.* putat, quod verba illa ſint intelligenda de Jure Canonico, ſed illum ſolide refutavit CARPZOVIVS *in Prax. Crim. P. 1. Qu. 13. n. 32. ſeqq.* Hinc controverſiam illam lubentiſſime relinquo, ne falcem in alterius meſſem immittere videar.

§. X.

Supra *§. 1. Cap. III.* diximus, quod etiam parricidium in perſonas ſponſalibus conjunctas committatur, hinc de illis nunc erit agendum. Eadem pœna, ſcilicet gladius & raptatio ad locum ſupplicii, inter ſponſum & ſponſam ſe invicem occidentes, obtinet. conf. WESENBEC. *in Comment. ad ff. h. t. n. 9.* Sed ab hac ſententia divortium facit BERLICH. *P. 4. Concl. 7. n. 51.* forſan his ex rationibus, licet minus ſufficientibus, motus 1) quia inter ſponſum & ſponſam jam eſt matrimonium, ſi conſenſus utrorumque adeſt, conſenſus enim facit nuptias, non concubitus; *L. 30. ff. de R. J. L. 32. §. 13. de donat. inter vir. & ux. L. 22. C. de nupt.* Quæ aſſertio quoque conformis videtur. *L. 3. ff. ad Leg. Pomp. de Parricid. L. 4. c. l.* 2) Appellatione uxoris venit etiam ſponſa, ſicuti ſponſus mariti nomine continetur. Jura itaque in uno loquentia, locum etiam habent in altero. *L. 74. ff. de Jure dot. L. 4. ff. de fund. dotal. L. 15. §. 14. ff. de Injur. L. 13. §. 3. & 8. ff. ad L. Jul. de adult. L. 5. C. de bon. quæ liber. L. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. hab. L. 2. §. 1. ff. de privil. cred.* 3) quod juris eſt in nuptiis, etiam, in regula, juris eſt in ſponſalibus. *L. 15. & 16. ff. de ſponſ. L. 15. ff. de cond. & demonſt.* Ex his Berlichius & alii probare ſibi perſuadent, quod ſponſus & ſponſa, ſi crimen parricidii inter ſe commiſerunt, pœna parricidii ordinaria, ſcilicet pœna culei teneantur, ſed minus recte.

§. XI.

Sed Weſenbecii ſententiam, licet communi Dd. opinioni contrariam defendere non dubito, qui putat, quod hoc loco non pœna culei, ſed tantum pœna gladii cum raptatione ad locum ſupplicii locum habeat. Primo enim omnes,

etiam diſſentientes concedunt pœnam parricidii ordinariam eſſe crudeliſſimam atque atrociſſimam, & ſic ad caſus in Legibus non expreſſos, minime eſſe extendendam, odioſa enim non ſunt extendenda *c. 22. X. de elect. in 6.* Jure quoque Civili aliud eſt matrimonium, aliud ſponſalia, & Lex de matrimonio loquens, non locum habet in ſponſalibus *L. 45. §. 4. ff. de R. N.* Item aliud eſt maritum, aliud ſponſum eſſe *L. 1. §. 2. ff. pro Dol.* aliud quoque uxorem eſſe, aliud ſponſam, *L. 24. C. de Nupt.* In ſponſa non eſt matrimonium *L. 8. ff. de condit. cauſſa dat.* nam ſponſus eſt maritus futurus & ſponſa uxor futura, *L. 1. 2. ff. de ſponſ.* & quod eſt futurum nondum eſt *L. 15. ff. de pignor. & hypothec.* In pœnalibus autem ſponſa uxoris nomine non comprehenditur. *L. 38. ff. de Rit. nupt. L. 10. ff. de his, qui not. infam.* CARPZ. *Prax. Crim. P. II. Qu. 58. n. 50. Diſſent. Heinec. in ff. h. t.*

§. XII.

Noſtrum quoque eſt, ut etiam ad argumenta diſſentientium reſpondeamus. Nam *ex L. 3. & 4. ff. h. t.* in contrarium allegatis, nihil amplius erui poteſt, quam quod ſponſus & ſponſa, ſe invicem occidentes, parricidium committant, & quod etiam ſub Lege Pompeja de parricidiis comprehendantur, quod non nego, ſed exinde non ſequitur, ergo eadem pœna ordinaria, ſcilicet culei, tenentur. Nam neminem fugit procul dubio, quod non omne parricidium culeo puniatur, ſi enim quis hoc affirmare vellet, ſequeretur, quod etiam conſanguinei hac pœna tenerentur, quod tamen eſſet abſurdum, licet æque parricidium committant *L. 1. ff. h. t.* uti ſupra *§. 5. C. 2.* jam dictum.

§. XIII.

Deinde non obſtat *L. 30. ff. de R. J.* licet enim ibi JCtus expreſſis verbis dicat, conſenſum facere nuptias, non concubitum, & conſequenter inter ſponſum & ſponſam eſſe verum matrimonium, tamen hocce marrimonium tantum eſt initiatum vel perfectum, nondum verò conſummatum, per copulam enim ſacerdotalem, perinde ut emtio venditio conſenſu nudo perficitur, ſed traditione demum conſummatur, uti loquitur WESENBEC. *ad Inſt. de contrahend. emt. & vend.* Sed

quid-

quidquid ſit de Jure Civili, Jure Saxonico enim matrimonium conſummatur copula ſacerdotali, *Conſt. Elect. 24. P. 2.* daß von Zeit der vollzogenen Ehe, und alſo, wenn der Kirchgang geſchehen. conf. CARPZ. *ad c. C.* Deinde requiritur etiam ad matrimonii conſummationem conſcenſio thalami. Land-R. *L. 1. art. 45.* Et antequam conſcenſio thalami facta eſt, ſponſus de bonis ſponſæ nihil lucratur, ratio, quia matrimonium nondum eſt conſummatum. *Conſt. Elect. 19. P. 3.* CARPZ. *P. 3. Conſt. 19. def. 1. 2. ſeqq.*

§. XIV.

Porro nec ſententiæ Weſenbecii obſtat, quod in Jure Civili ſponſus ſub nomine mariti & ſponſa ſub nomine uxoris comprehendatur. Hoc enim fit tantum in favorabilibus, quando ſcilicet de favore ſponſi & ſponſæ agitur, quod enim in favorem alicujus eſt introductum, illud in ejus odium detorqueri non debet. *L. 5. C. de bon. quæ liber.* Et revera ſponſus & ſponſa appellatione mariti & uxoris non comprehenditur, ſed tantum ex quadam interpretatione *L. 16. ff. de ſponſ.* Hinc WESENBECII ſententia adhuc manet ſalva.

CAP. IV.

Quando pœna parricidii ceſſat.

§. I.

Hactenus actum eſt, de infligendis parricidii tam proprii, quam improprii, pœnis, pretii itaque eſſe duxi, pauca adhuc quædam apponere, quando & in quibus caſibus pœna parricidii ceſſat, vel tantum mitigatur. Sicuti aliæ pœnæ graviſſimorum delictorum, urgentibus circumſtantiis, vel exaſperari vel mitigari arbitrio judicis poſſunt, ita & parricidii pœna ob circumſtantiarum varietatem, vel in pœnam gladii, vel aliam extraordinariam commutari poſſe, nemo ibit inficias. Sed neminem, omnes cauſæ, pœnam mitigantes, tanquam impoſſibile quid, quia minima circumſtantia variat rem, a me referri, deſiderare credo, ſed tantum nonnulla de hac materia coronidis loco differere libuit. Interim putant aliqui, quod pœna patri ſit mitiganda, ſi filium ex iis cauſis interfecit, ex quibus exheredari poteſt. v. WISSENB. *b. t. theſ. 6.* HVBER. *in poſit. ad ff. b. t.*

§. II.

§. II.

Ceſſat igitur vel tantum mitigatur parricidii pœna, ſi quis ex iracundia & juſto dolore commotus, aliquem, qui ſub Lege Pompeja de parricidiis comprehenditur, occidit. Quia difficillimum eſt, juſtum dolorem temperare, & homo iracundia commotus ob delictum mitius puniri debet. *L. 38. §. 8. ad Leg. Jul. de adult.* Ignoſcendum quoque eſt ei, qui ſe ulciſci voluit. *L. 14. § 6. ff. de bon. libert. L. 16. §. 2. ff. de pœn. L. 2. C. de Abolit. Dn.* VVERNHER. *in Obſ. P.* 3. *Obſ. 150. p. 439.* HUBER. *in Poſit. ad ff. h. t. n. 5.*

§. III.

Deinde mitiori quoque pœna ſunt afficiendi illi, qui ex Melancholia ejuſmodi crimen perpetrarunt, nam melancholicas affectiones in delictis aliquam pœnæ mitigationem præbere defendunt DD. Sed non intelligi debent furioſi, qui ab omni pœna, ſicuti in aliis delictis, ita & in parricidio, ſunt liberi. *L. 5. §. 5. ff. h. t.* In illo vero caſu, quando melancholicus delinquit, pœna ex arbitrio judicis ita eſt temperanda, ſi certo conſtat, quod delictum in ipſa Melancholia ſit commiſſum, ut non facile ad ultimum ſupplicium pervenire poteſt. Si vero tempore delicti perpetrati, melancholicus quædam intervalla habuit, gladii pœna ei erit irroganda. CARPZ. *Prax. Crim. P. 1. Qu. 18. n. 37.*

§. IV.

Tandem ob ſummam delinquentis ebrietatem mitigari ſolet pœna, modo non ſit conſuetus & ſolitus ſe inebriare, tunc enim duplicem meretur pœnam, tum propter ebrietatem ipſam, tum propter delictum in ebrietate commiſſum. Sed de illo nobis eſt ſermo, qui ſe ab ebrietate abſtinet, & caſu fortuito, non animo deliberato fuerit factus ebrius, hic pœna meretur mitigationem. Ebrio enim delinquenti, qui alias a vini immodica potatione abſtinet, aliquo modo ignoſcendum eſt. *L. 6. §. 7. ff. de re milit.* RICHTER *in Velit. Academ. Velit. 21. §. 40.* Non tamen liberat ebrietas ob omni pœna, ſed gladio eſt puniendus GAIL. *L. 2. obſ. 110. n. 24.*

§. V.

In tota autem parricidii materia notandum eſt, quod accuſatio parricidii ſit perpetua, & nunquam, neque immemoriali tempore præſcribi poſſet, licet alia delicta variis quidam temporibus præſcribi poſſint. *L. fin. ff. h. t.* BERL. *P. 4. Concl. 7. n. 86.* CARPZ. *Prax. Crim. P. 3. Qu. 141. n. 52.* VVESENBEC. *ad ff. h. t.* Nam præſcriptio nihil aliud eſt, quam tacita principis diſpenſatio, qua is declarat, ſe nolle poſt certum definitumque tempus elapſum in delinquentes inquirere. Præſcriptio autem nonniſi in illis criminibus, in quibus princeps expreſſe habet diſpenſandi facultatem, locum habet. Atqui in homicidio, & ſic etiam in parricidio, cum id certum, a Jure Divino univerſali determinatam habeat pœnam, expreſſe diſpenſari nequit. Ergo nec tacite, per præſcriptionem Illuſtr. Dn. VVERNHER. *P. 3. Obſ. 157. n. 2. ſeqq.* neque abolitioni locus datur. v. BARTH. *in Hodeg. p. 1012.* Exantlatis nunc laboribus me ſuplex ad Deum O. M. converto atque gratias, quas mente concipere poſſum, ago maximas, quod conatibus noſtris tam benigne aſſiſtere voluit. Illi ſit Laus & ſempiterna gloria.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google